

ætatis acta commemoro, de quibus solis
 vel poëtico vel historico sermone, quan-
 tumque præsens impetus animo suaferit,
 integer retexendus nobis liber est, si lar-
 gente Deo studijs nostris ociosum tem-
 pus affulserit: Ut si quid apud posteros fi-
 dei aut gratiæ noster labor inueniet, Ne-
 potum populus intelligat, hunc ætati Re-
 gem contigisse, quem nulla non sapien-
 tissimum ætas dictura sit. Quamuis enim
 inclitum nomen eius, ope nostra non e-
 geat, contraque potius nostrum eius au-
 xilio, & claritatem & diuturnitatē spera-
 re queat, tamen tam digno tamque ho-
 nesto officio fungi, dulcè erit, permixtis-
 que nominibus amborum, Regiam fa-
 mam nullius indigam, debito obsequio
 prosequi, propriam verò & illius radijs il-
 lustrare, & in æuum pariter fortassis ex-
 tendere: Quis enim librum qui de Rober-
 to Rege inscriptus erit abijciat? quis non
 cupidè quocunque stilo scriptum relegat?
 hoc nempe proposito, precibus quas heu,
 supremo, mitissimus digressu, fundere di-
 gnatus est, illicet acquievimus, ut Aphri-
 cam sibi Scipioni denique nostro dicare-
 mus: Quanta autem nobis voluptas erit,
 de illo scribere, cui tam libenti animo